





1745.

1. Hyrenus; Georgius Henricus: *De praedio nobilitatis Brunensis equestribus coniunctis jure et privilegiis*
2. Berlingius, Ernestus Augustus: *De iure gentium urbanario*
- 3 a, b, c. Bochmerus, G. Lutorius: *Princeps S. R. T. fuis summi oratique armis brevis*
4. Bochmer, Georgius Lutorius, Vsd. iuridici Decanus: *ad . . . Pont. Fr. W. Windkeler . . . lectionem et Dissertationem inaugurales habendas invitat. Siunt de capitulo Sacrobatis a deputato clericis factum impetratae injuncto favore disservot.*
- 5^a, b, c, d. Caprath, Iacques Christianus: *De rebus moralibus facultatis*
6. Geronimus, Dr. Matthias: *De opinatis sacrae lassissimae Paulorum notis in nominis Romanorum gentium*



I. Mestius, Christianus Fr. Georg : De principio cognoscendi emblemata Trioniani

8. Mestius, Christianus Fr. Georg : Notiones iuridicae
morae . . . publice dependent.

9. Michaelis, Iacobus Ver : De mente et ratione
legis Mosaike usuram probantibus

10. Winckler, Carolus Fridericus : De peccate causarum
matrimonialium nivis.

Cog -

Sicca -

e

urum a u.

17442

Christianus Christianus Petrus
nunc regnans regnante
et regnans non regnante
et regnante non regnante
et regnante non regnante
et regnante non regnante



1745, 36.

4
5

PRINCEPS S.R.I.
IVS SVVM VI ATQVE ARMIS
TVENS.

PRAESIDE
GE. LUDOVICO BOEHMERO

MAGNAE BRITANNIAE REGIS A CONSILIIS

ANTECESSORE IVRIS ET ORDINIS

SVI H. T. DECANO

DISPVUTATA DISSERTATIO

IVLII MELCHIORIS STRVBII

IN AVDT. IVRID. A.D. XXVII. MART. MDCCXXXV. AB HOR. II.



GOTTINGAE
TYPIS IOHAN. FRIDER. HAGER.

PRINCIPES SERI
IAS SAMIVATAE VIRMIS
TAVNS.

ET TADALICO BOHEMERO
MAGNAE BRITANNIAE REX A CONSULI
ANAGRAEORUM TAVIS ET OPHINIS
SCHOLASTICIS DECANO
DISPUTATA DISSESSATIO
LILI MELCHIORIS STRAVILLI
VANITY DEDICATA MDCCLXXII

EGOTINGER

ERICHSONIUS ERICER



VIRI ILLVSTRIS ATQVE AMPLISSIMI
DAVIDIS GEORGII
STRVBEN

POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS
ET ELECTORIS BRVNNSVICENSIS A CON-
SILIIS IVSTITIAE SANCTIORIBVS
FILIO NATV MAXIMO
INGENII MORVM ET ERVDITIONIS LAVDE
EXCELLENTI
DISSERTATIONIS AVCTORI DOCTISSIMO

S. P. D.

GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER.

Si quæ grata fuerat voluptatis ex Suauissimorum se-
lecto numero Commilitonum exercitationibus
disputatoriis, quibus nuper breui scriptione prælude-
bam, præsensio, multo nunc incundior est voluptatis
sensus, cum TV quoque, DOCTISSIME STRVBEN,
non minus doctorum commilitonum exemplo, quam
singulari, quæ TE ad ardua quæuis fert, ingenii præ-
stantia ductus in publicum prodis, quod TVAE diligen-
tiae Tuisque vigiliis debetur, profectuum specimen,
expectationi omnium cumulate satisfacturus. Quod
enim

enim non a grauitate modo et dignitate commendabile, sed et temporum, quibus inter bellorum fluctus non minus de belli iuribus querere par est, rationibus adcommodatum argumentum elegisti, eo literarum, quas Tibi Tuis studiis parasti, præsidio eaque publici iuris scientia exornasti, vt, cum me confictus ducem rogares, dubitarem, an, quo non egere videbaris, ductoris partes susciparem, nisi me Tibi id ex instituti ratione debere existimassem. Quod ergo Tuum est, Tibi gratulor ingenii specimen, doctum profecto et elegans, idque eo magis gratulor, quo maiorem laudem mereri videntur, qui citius egregia industria ad ardua adspirant. Contigit Tibi felici, ILLVSTRI PARENTE OMNIQUE FRVDITIONIS ET MERITORVM LAVDE FLORENTISSIMO natum, educatum, et ad optima quælibet studia et altiores literas duetur esse, quibus ingenium Tuum probe subactum et excultum ita imbuendum dedisti, vt ILLVSTRI PARENTI TVO de eo non possim non vehementer etiam atque etiam gratulari. Quod autem ex his diligentiæ Tuæ et Studiorum primitis capio maioris doctrinæ, et quæ eam sequuntur, præmiorum et honorum augurium, ita de eo certissimus, non nisi Te per paterna vestigia ad iurisprudentiæ laudem progradientem votis ardentissimis persequor. Vale. Dabam in Georgia Augusta a. d. VI. Calend. April. clo Io cc xxxv.

PRINCEPS S. R. I.
IVS SVVM VI ET ARMIS
TVENS.

I. Instituti ratio.

QVANDO liceat principi imperii ius suum vi atque armis defendere, academica dissertatione exposturus, nobile ad gredior et elegans et nostris temporibus conueniens argumentum. Neque enim fore putauerim, qui in ea explicanda quæstione inutilem operam ponи exsilimet, quæ agitari solet, quoties de indicendo bello cogitatur, de sumendis arnis, de vindicandis vi iuribus in imperio (quod frequentius fieri, tristis experientia docet); a qua denique vita ac falso multorum saperenumero hominum pendet. Videtur enim in eo insignis Germaniae felicitas pondenda, quod illi maiorum prouidentia ea forma data est, ut pacate dissidia omnia sine vi, sine bello, sine ciuium sanguine inter potentissimos principes componi possint, si illi ipsi modo, quorum potentiae omnia licent, sacra legum auctoritate ausis suis fines positos agnoscere velint. Tale quid HENRICVM III. Gallorum regem c¹³²gitasse, Sullyanorum commentariorum (*a*) fide relatum est, cu¹³³ toti Europe vnius reipublicæ formam induere vellent, et ex regno¹³³ rum rectoribus commune aliquod iudicium colligere, decidendarum inter gentes controuersiarum causa statuendum, (*b*) quod salubre ma-

gis

(*a*) *Memoires de S V L L Y Tom. III. p. 413. sequ. PER E F F I X E Histoire de Henri le grand p. 403. sq.*

(*b*) *De quo nuper admodum VOLTAIRIVS dubitauit; Il est vrai pourtant, inquit, qu' Henri IIII.*

II PRINCEPS S. R. I. IUS SVVM

gis consilium quam prudens fuisse, nemo negauerit. Quo autem difficultus et vilius eius generis propositum est, eo magis caendum videtur, ne illius fructum in Germania amittamus. (a) Itaque haec ad obtainendam pacem tranquillitatemque in unum corpus facta principum nostrorum confociatio, vim singulorum excludens, palladii instar seruanda est, atque quo quisque melior cuius et vir bonus est, eo ardentiori studio afferenda. (b) Nam si ad id unquam res nostrae perueniant, ut sublata iudiciale auctoritate, effrenata bellorum potestas in imperio obtineat, non longe ab interitu suo abesse Germania videtur. Quæ res non in imbecilliorum solum ordinum detrimentum vertet, sed potentiorum etiam curas excitare debet. Vbi enim internis dissidiis agitantur, quibus contra exteriores hostes pugnandum est, amissa est libertas nostra, quin pauci

*n'a jamais songé à un tel projet :
des Commiss du Duc de Sully qui ont
fait ses memoires en ont parlé, mais
le secrétaire d'Etat Villeroi Mini-
stre des affaires étrangères n'en
parle point. Il est plaisant, qu'on
ait attribué à Henri III. le pro-
jet, de deranger tant des trônes
dans le tems, qu'il venoit à peine
s'affermir sur le sien. Oeuvres T. VI.
p. 397. 399.*

(a) Graui obseruatio est, adnota-
toria ad SCHYZIUM de sta-
ta rei romane p. 100. Vol. II. Im-
perio maxime nocuit, armis et vi
despectare in cauiss. flatum : in-

*de enim bella ciuilia oriuntur, qui-
bus non Germania tantum solum
sed facile reliqua partes Europæ in-
voluntur. Talis enim est nexus,
anulatio, studiaque ambigua Ger-
maniam inter et reliquas Europæ
partes, ut illa nunquam turbat
suerit, sine barum motu et suspen-
sione spei metusque.*

(b) Conferri potest cordata CHRIST-
FORSTNERI immortalis viri ad
D. Augustum Ducem Brunsvicensem
epistola edita a C. GOTTFR. HOFF-
MANNO in libro cui titulus:
series rerum in Germania a trans-
actione Passauensi gestarum T. II.

pauci sint ex principibus, qui soli eorum viribus resistere possint, aut qui, quum singuli pugnant, non vincantur. Deinde hi, quorum minor nunc est potentia, metuendi sunt, vbi ipsa necessitate ad actiora inter se ineunda foedera coacti fuerint. Vedit huius generis confociationes maximis sepe principibus pernicioſas, manuarii iuris unum, diligenter a IO. PHILIPPO DATTIO deſcriptas, quum pacis publicae historiam doctissimo opere expone-ret. Itaque male omnino rebus nostris consulere videntur, qui ita facultatem principum se atque sua vi et armis tuendi, augent, ut in infinitam bellandi licentiam abeat, vti et illi contra in ordinum imperii sacram dignitatem iniurii videntur, qui libertatem, quæ iis legibus, pactis, moribus et ex forma imperii negari non potest, quibusdam in casibus non implo-rato iudice tibi ius dicendi, impugnare et deſtruere audent. Vtrumque rationes colligere, et quantum per iuuenilis aetatis inexperientiam licet, componere, hoc libello propositum eſt.

**II. Ius quisque suum in statu naturali vi persequitur.
Eius rei incommoda, ortæ inde ciuitates.**

D VPLEX igitur, vt ab hoc ordiar, defendendi iuris con-trouerſi et recuperandi modus eſt, vis primum et arma; deinde iudicialis auctoritatis imploratio. In naturali autem statu si homi-nes ponimus, primus modus tantum obtinet, (a) cum omnes a na-tura

(a) Si eius rei probationem demon-strativa methodo futeptam defi-detas, adi dissertationem preſi-

de Illustri BVDERO defensam,
de violenta defensione priuata in
statu ciuili, Scđ. I.

1111 PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

tura æquales sint, neque in parem imperium aut iudicium possit intelligi. Licebat itaque, antequam magistratus essent, siue inten-tatam vim vi ac armis amoliri, siue raptas res ab hoste repetere, quas ille vel redderet vel belli fortunata experiretur; (a) quo fa-cium est, vt infinitis prope periculis obnoxia esset mortalium vita. Nam quia quisque, vbi sua res agitur, deponere facilissime illum æqui et iusti sensum soleat, et, prout allubuit, ita fas idem esse pu-tet; sicut illa persequendi iuris via fere semper perniciofa imbecil-ioribus. Itaque hi, quum maiorem partem constituerent, coiere in ciuitates, vt et contra potentiores iunctis viribus fese tuerentur, et iniurias horum, si que siue ex errore noxio, siue cupiditate alienarum rerum nascerentur, amouerent. Ab eo fonte exti-erunt respublicæ, cum enim natura tantum periculum homo ab homine timeat, quantum fructum ex officio matus iperet, non immerito dubites, an fidem et amicitiam inter se mortales iuncturi fuissent, nisi otii tuti, tranquillitatisque firmandæ necessitas disper-sos congregasset. (b) Hoc ita agnouit, vt erat acutus, SAMVEL PVFENDORFFIVS, (c) vt, quum omnis naturalis iuris principij posuisset socialitatem, exoriundarum tamen causam re-rum publicarum, securitatis studium, atque adeo metum hostilis potentiæ censeret. Tam conditis ciuitatibus suprema potestas demandabatur illis, qui viderentur incolumentem ciuibus præstare optime

(a) H. GROTIUS de Iure belli
et pacis L. I. c. 2.

(b) v. C. L. CRÉLLIUS V. C.
ius militis auxiliaris apud gentes
et in imperio §. 1. IO. BARBE T-
RACCI observationem ad Pufen-

dorffum du Droit de la nature
et Gens p. 270. Tom. II. ed. 1734.

(c) De Droit de la Nature et des
Gens, L. VII. cap. I. p. 202. Tom.
II. & L. VII. c. II. §. 1.

optime posse, lites intestinas componere, postremo in debellandis externis hostibus imperatoris munere fungi. Nam utrumque transferri in commune caput, ipsa ciuitatis notio postulabat, alterum, ne qui arcere alienam iniuriam vellent, ipsis inter se committerentur, alterum, quia bellum sine duce geri nullum potest. (a)

III. In ciuitate vim nunquam adhibere licet, nisi cum magistratus auxilium haberi non potest. de inferioribus magistratibus et usu iuris romani in hac doctrina.

EX his igitur constat, in omni republica ciues quandam libertatis partem amississe, (b) tantumque principali potestati adstrui, quantum de civili auferatur. Quid sit autem potissimum in caput reipublicæ translatum, indicari ex proposito societatis debet. Quare quum in ea ciuitate, quam singimus, quae habet instar et imaginem aliarum omnium, tutela ciuium, quæ ius belli requirit, omnisque priuatae litis arbitrium, quod in iudicaria potestate inest, capitii sit reipublicæ delatum, sequitur, vt illius quasi membra ciuitatis facultate ius suum propria vi persequendi abdicauerint; quam retinere si vtile sibi putassent, coire in unum corpus ac magistratus constitutere nihil attinebat. Ponenda igitur regula est, nulli licere membro ciuitatis sibi ius dicere. Ea autem limitationes patitur

(a) V. PUFFENDORFF cit. loc. L. 7. c. 4. §. 2. 3. 4. s. 10. LO. CK 1. elegantissimum libellum du Gouvernement civil, P. II, c. XII.

(b) Quod agnouit etiam ALGERNON SIDNEY strenuus libertatis defensor sur le Gouvernement p. 60. Tom. I.

VI PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

patitur, quas indicare vna regula, prohibet varia rerum publicarum forma. Generatim tamen rei natura docet, vi omnem iniuriam recte repellti, contra quam magistratus auctoritas haberi non potest, cum appareat, subditos se suaque tuendi liberam facultatem tum deum abdicasse, cum iuris sui ac salutis tutelam summa potestas suscipere potest. Atque ea ratio et via seruari potest in uniuscunq; metus imminentis damni irreparabilis non inanis obuersatur. In ceteris videndum, quid cuiuscunq; gentis moribus et usu receptum, aut publicis legibus cautum sit. Ex his etiam eam litem putauerim decidendam, quæ inter HV GONEM GROTIUM (a) et CASPARVM ZIEGLERVM (b) intercessit de inferiori magistratu, an nempe ad tuendam plebem et iurisdictionem exercendam ius belli habeat? Evidem omni magistratu salutis ciuium cura ita imposita est, ut urgente periculo, ex praesunta principis voluntate defendere armis etiam, si potest, ciues debeat; ast non absoluuntur tuitione belli gerendi ius, sed simul damni dati reparatio et sufficiens cautio merito ab hoste exigitur. Num ea opus sit, illiusque modus, a suprema potestate, non ab inferiori magistratu est determinandum. Romanis legibus quid sit cuiusque potestati relictum, ab aliis diligenter declaratum est. At de illo videndum, Germanorum moribus an liceat vi agere principibus, vbiunque id est romanis legibus permisum? Quod satis recte adfirmat S. STRYKIVS, (c) in quantum id neque nostris moribus repugnat nec legibus imperii derogat, praefer-

(a) *De Iure Belli et Pacis L. I. c. 3.* (c) *De via facti inter principes* p.
§. 4.

(b) *De Turibus Maiestat. L. I. c. 33. §. 28.*

præsertim eum obseruatum sit, peregrini iuris inductionem, non ultimam restitutæ pacis publicæ caussam fuisse.

*III. Constitutiones Germaniae de vi
prohibita.*

QVÆ itaque ex cuiuscunque ciuitatis forma translata in caput esse solent, in Germania apud membra etiamnum superesse, vix erat verisimile. Sed ea aliquando fuisse Germaniæ tempora, histrio-riarum fide monstrari potest, quibus vi magis et armis litigia quana legum auctoritate et sententiis indicum disceptata ac finita sunt. Nam Germanos in *viribus ius habere*, de suis temporibus POMONIVS MELA (*a*) testis est, quam consuetudinem neque sub Francis cessasse, colligitur tam ex prohibitionibus in *capitularibus Francorum regum frequentibus* (*b*), quam ex querelis, quas eo nomine ad Carolum Regem a. DCCCXLVI. tulit HINCMARVS RHEMENSIS. (*c*) Audita est ea licentia inter perpetua Imperii et sa- verdotii dissidia, quibus Cœfarea dignitas proculabatur, atque a curan-

dis

(*a*) *De Situ orbis III. 2.*

(*b*) Vide capitulare *LVD OVICI PII ann. 819*, de faidis coercen-

dis in P. G EORG ISC H Corp.

Iur. German. p. 842. & Lib. IV.

Capitul. c. 27. Ibid. p. 876. & p.

874. Ne enim iniurie priua-

tam vindictam ageret laetus, nene

patris seu propinquæ inimicitias

maiorum more suscipret fami-

lia, satisfactionem seu compositionem introduciam esse docens

Leges Longobardorum ibid. p. 951.

vt faida, quod est inimicitia, post

compositionem acceptam postpona-

tur et amplius non requiratur.

(*c*) Literas HINCMARI ad re-

gem scriptis exhibet LVCAS

D' ACHER Y Spicileg. To. III,

p. 338.

VIII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

dis rebus germanicis detinebatur. (a) Itaque hoc anno quo iudiciorum fere sepulta erat auctoritas, ins quisque priuata auctoritate persequebatur, nec id tantum principibus viris, sed priuatis (b) etiam licetebat. Exorte inde dissidationes, de quibus restringendis circumseribendisque potius, quam extinguidis, ante Maximilianum ab imperatoribus cogitatum est. (c) Praeclara eius rei testimonia, (d) praeter innumera alia, sunt FRIDERICI II. et CAROLI III. constitutiones, illa inter feudales leges, (e) haec in *Aurea imperii Bulla*, (f) cum dubitari non possit, illud negotium, cui est legibus certa forma data, si inter hanc contineatur, legitimum esse. Immo

si

(a) Vid. IO. PH. DATTII clarissimum opus de pace publica c. III, p. 17.

(b) Perperam itaque Auctor discursus de suprematu p. 104. notat LEIBNITIVM, defendantem, ante MAXIMILIANI I. tempora ius belli ordines plenissimum habuisse, in libro de suprematu, assumto CAESARINI FVRSTNERI nomine editio, p. 65. cf. parentis mei non sine pietate a me laudandi DAV. GEORGII STRV BEN Obseruat. Iuris German. Obseru. IIII, §. 16. p. 188.

(c) v. DATTIVS c. I, cap. II. n. 12. Singulari prorsus exemplo ALFONSVS FRIDERICO Lotharingiae duci, so-

lenni inuestitura a. 1258. inter alia per vexillum concessit ius praesidendi duellis nobilium, inter Rhenum et Mosam habitantium, vi cuius locum assignare, et ne quid in dissidationibus contra receptum modum fieret, prouidere poterat. vide tabulas inuestiture in LEIBNITII Codice Iuris Gent. diplomat. P. I. n. XII. et CALMETI Cod. probat. ad historiam Lotharing. T. II. p. 439.

(d) Quo magno numero collegit Illustris IO. ADAM. KOPPLVS von Affection der Reichs-Krayse P. I. §. 1. 2.

(e) V. Fend. 10.

(f) Tit. XVII.



si fateri velimus quod res est, paces publicæ, ab Imperatoribus ad Maximilianum I. vsque conditæ, inducere potius fuere, quam leges, perpetuæ (a) quæ sanare inueteratum morbum non quidem possent, sed restringerent vindictæ licentiam aliter atque aliter pro paciscentium voluntate, quas restrictiones enarrare longum foret. (b) Non nunquam eam clausulam adiectam esse inuenimus, vt vis obtineret, cum lis decidi per iudicem non posset, vt in FRIDERICI II. et III. constitutionibus: (c) quæ res inducere te posset ad credendum, dissipationes remedium extraordinarium et subsidiarium fuisse, nisi cognitum esset, illud plerunque liberum fuisse, qui prius leserat, ve-
litne via iuris, an armis experiri. Efficaciora autem huic malo reme-
dia data sunt, posteaquam res Caesarum certiori loco esse coope-
runt. Quo res tum peregrinorum inductione iurium, quibus o-
mnis vis priuata odiosa est, mirifice adiuta est; tum illius praeci-
pua gloria ad MAXIMILIANVM I. A.V.G. pertinet, prin-
cipem in tantum laudandum, in quantum iustitiae et pacis studium,
quod in illo fuit, laudari debet sumnum. Quare non inutile fore
putamus, si monstremus, quas res melius hic, quam antecessores
fui, constituerit; ex quo eluceat, cur magis illi, quam ceteris ob-
temperatum sit, curque CHRISTIANVS THOMA-

SIVS

(a) Ceu eleganter obseruant L. V.
DOLPHVS HVGO de statu
regionum Germanie c. III. §. 8.

p. 60. et. I. G. HEINE CCIUS
Elem. Iur. German. L. I. T. XXV.
p. 234. 235.

(b) Legi preter DATTIVM pol-

sunt IO. I. F. BOEHMERI

V. C. docissima turis criminalis

Elementa Sch. II. c. VIII. §. 10.

p. 344. sg. & HAVSCHILDII

Gerichts-Verfassung der Teutschen

p. 20. - 30.

(c) Apud DATTIVM loc. cit. p. 224. 225.

B. 1. 1. 2. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

X PRINCEPS S. R. L. IVS SVVM

S I V S (a) vir acutus, existimauerit; in eiusmodi disquisitione præcipue argumentum quod tractamus versari. Ante Maximilianum itaque ad tempus durare solebat pax publica; quam hic stabiliuit, ea nullo tempore finienda est. Antea fines tantum faidis positi, ab hoc ipsa sublata, et quæ quondam pax saepe ad aliquos tantum principes atque ordines, ea nunc ad vniuersos pertinet, seuerioribusque poenis munita est. Denique cum pacis publicæ ante Maximilianum magna vis atque auctoritas esse non posset, quod vel iudicia deessent, vel qui sententias dictas executioni darent, Maximilianus fortissimum huic rei remedium adhibuit tum instituto iudicio Camerali, tum diuisa in circulos Germania. Possimus hic multa commemorare a re proposita non aliena, si et luc conuchere liberet, quæ a diuumuiris clarissimi IO. PH. DATATIO et IO. IOA. MVL LERO, altero in doctissimo de pace publica opere, altero in amplissima collectione rerum sub Maximiliano I in comitiis gestarum, in eam rem disputata sunt egregie. Maximilianeam autem constitutionem renouauit amplificauitque CAROLVS V. Imperator, cuius constitutions (b) habentur inter leges imperii fundamentales, quarum ideo obseruationem, novus quisque Imperator, iurata fide capitulatione sua spondere et recipere solet. (c) Deinde cum nouam veluti formam Germania pace Westphalica acciperet, qua diserte ius foederum ordinibus concedebatur, cautum est: (d) ne vlli omnino statui Imperii licet

(a) Ad Obseruat. Hallens. Tom. VI.
p. 380.

(b) Pax publica CAROLI V. de
1548.

(c) Vnde Capitulat. CAROLI VII.

Art. II. §. 3.

(d) Vide Instrumentum Pacis Osnabrugense Art. XVII. §. 7. adde
Art. V. §. 2. fin.

ret ius suum vi vel armis persequi, sed si qua controvërsia iam esset, vel post hac oritura sit, vñusquisque iure experientur; fecus faciens reus sit fratre pacis. Plura legum verba in re clarissima addere nolo, cum ipsi Germaniae principes adgnouerint: dassi reppressalien regulariter verbothen, und kein ordentliches und gewöhnliches Mittel sein Recht zu erlangen; noch in republica bene ordinata zu dulten sey, dass auf die geringste wahre oder vermeintliche Beleidigung man so fort zum Schwerd oder andern Thatlichkeiten greift. (a)

*V. Quæ leges contraria obseruantia nec sunt sublate
nec tolli potuerunt.*

SUPEREST ad perficiendum nostrum propositum, vt doctrinam nostram ab eorum dubitationibus vindicemus, quibus dubia illa videtur, sive quod ita existimunt, seu quod seruire iis, quorum cupiditatibus his fines positi sunt, velint. Primum inter illos CHRISTIANO THOMASIO locum damus, (IO. enim LIMNAEVS refutatus ab aliis (b) est) qui duplii argumento usus, (c) altero a contraria, vt putabat, obseruantia desumpto, altero ab iudiciorum legumque nostrarum forma petitio. Confutamus virum, si ostendamus post constitutionem pacis publicæ promul-

(a) Apud FABRVM Stants-Canz-

- IV. obsf. VIII.

ley Tom. XXXVII. p. 580. §. VII.

(c) Vide adnotaciones ad obserua-

(b) Praesertim vero ab auctore dis-
sertationis de Iure belli et Pacis
statibus imperii vi superioritatis
competente Obseruat. Hallens. T.

- neme de iure belli et foederum sta-

- tuum Imp. Germanic. in Obseruat.

- Hallens. Tom. VI. obsf. XXX.

p. 378. sq.

XII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

mulgatam, hunc morem neque fuisse neque esse, vt iure belli in iurium suorum persecutione principes vtantur; tum si is vtique fuerit, nihil inde effici; denique Germanizæ eum statum esse, vt quæ sunt de non adhibenda vi constituta, obseruari in ea et in præxin deduci possint. Putabat THOMASIVS (*a*) ex historia omnium bellorum post pacis publicæ constitutionem ortorum constare, fere utramque partem non sine verisimilitudine videri voluisse bellum defensionis causa suscepisse. Hoc si largimur, apparet, nihil unquam principes sibi nisi se suaque tuendi facultatem, quam illis et nos tribuimus, adscriptisse, quæ quibus sit limitibus circumscripta, quantumque a iure belli, de quo hic queritur, differat, deinde indicabimus. Falso igitur huic sententia nescio qua obseruantia pretenditur, cui repugnat consilium, quod præ se tulerunt quicunque vi agebant; repugnat item tum usus summorum in imperio tribunalium, quibus frequens est de non adhibenda vi mandata, vt vocant, sine clausula vel poenalia decernere, tum exempla illorum principum, qui ob turbaram publicam pacem puniti, interduum etiam proscripti sunt. (*b*) Sed his argumentis vix ac ne vix quidem opus est, et falsa res est, etiam si densus THOMASIO illam quam finxit obseruantiam, densus illi, moribus tolli leges, modo illud teneamus, nouis legibus veterem consuetudinem rumpi ac abrogari; ex quo sit, vt quoties pacis publicæ constitutio in noua capitulatione renouatur, quod semper fieri diximus, toties obseruantia, si qua sit contraria, abolita habeatur.

VI.

(*a*) citato loco p. 384. n. 8.

(*b*) Vide doctrinam LUDOVICI
CIBERNHARDI L. B. Z. E.

CHII, de prescriptione statuum
S. R. I. dissertationem §. 17. 18.
§. 8.

*VI. An ea sit in Germania iustitiae administratio dis-
quiritur, ut ius nisi per vim obtineri non
possit.*

SED ne quod a THOMASIO monitum, nos intactum re-
linquamus, de iudiciorum nostrorum forma videndum est. Nam
iustitiam in supremis iudiciis obtineri ita difficile, vulgaris querela
est, vt constituti tamquam in naturali statu, quo licet ius suum vi
persequi, principes nostri videantur. (a) Vedit nostra actas, vix
ferendis exemplis, caussas per unum alterumve seculum et longius
protractas, et ne nunc quidem fini suo vicinas. Distinguendum tamen
videtur inter illas huius mali caussas, qua ex ipsa fortia atque con-
stitutione iudiciorum nostrorum oriuntur, atque illas, qua ab externis
impedimentis proueniunt. In his est executionis difficultas, po-
tentiorum aduersatio, ipsa denique iudicum, si qua fortasse acci-
deret, corrupta prauitas, et huius generis alia, quibus examinanda
infra locum deslinauimus. De prioribus autem breviter quadam
hoc loco dici debent, vt appareat, hoc argumento eorum, qui vim
adhibent, audaciam vix excusari. Itaque primo tribunalium in Ger-
mania conditio haud ita desperata est, vt siuum cinqe non tribua-
tur, et quotidie fit, vt finiantur lites intra breve tempus etiam gra-
uissimae; et cum suis mandatis sententiisque deesse iudicia aut raro
aut nunquam soleant, (b) tum sicuti ab his a norma iusti et a-
qui discessum sit, parata sunt huic quoque malo remedia mul-

ta.

(a) THOMASIVS citato loco not. (b) BERGER animadvers. ad Coc-
tej, p. 338.
a) et d) p. 382.

XIVI PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

ca. Quod autem tarde et somniculose res geritur, quod saepè tergiuersandi occasio aduersarii subministratur; nonne id ipsum est ab earum legum obseruatione, quæ ab ordinibus conditæ sunt? Quare non video, quomodo, quod ipsi constituerunt ordines quodque possent mutare, si id consultum putarent, impatienter ferre indeque ansam negligendarum legum defumere possint. (a)

VII. Bellum offensium et defensium quomodo
distinguuntur.

DE legibus nostris existimabat C. THOMASIVS (b) effectum illas ob ius defensionis, quod principibus concedunt, habere haud posse; dicere enim, quod unum bellum defensuum sit, quod nam offensuum, ita difficile esse, ut nisi vtrumque prohibeatur, relinquatur elaborandi rima ea, quae ipsam constitutionem inutilem reddat. Huc itaque redit tota disceptatio, ut vtriusque belli recte fines regantur; quæ res expendi tum ob dignitatem meretur, tum ob usum, quem habet in nostro argumento. De quo cum sit duplex doctorum opinio; quidam defensuum bellum ita late finiat, ut omne iustum bellum idem sit defensuum, (c) quidam restringunt ita, ut sit, vim illatam repellere. (d) Hic vero nihil opus est, quam vt videamus, quo quisque consilio bellum gerat, qui si noxam amolitur imminentem, defensor est; aggressor, vbi res raptas repetit. (e)

Potest

(a) Vid. GVNDLING de offici-
cientia metus c. II. §. 3.39.

(b) cit. loc. p. 381.

(c) GVNDLING Iur. Nat. et

Gens. c. IX. §. 6. p. 93.

(d) BARBEYRAC ad PVF-
FENDORFFI de I. N. et
G. L. 8. c. 6. 33. not. 3. p. 533.

(e) Vid. Obseruat. Hallenfem Tom.

III. obs. 8. §. 6. sq. p. 105. sq.

Potest fieri, ut quod prius defensuum bellum erat, postea offensum sit, et defendendi causa is pugnare cogatur, qui ad reparandum damnum bellum susceperebat; quam igitur quisque initio belli causam habuerit, id est cognoscendum. Nam qui primum iniuste provocatus est, si secunda fortuna pugnat, poenas sumere, sumptus belli exigere, futuræque securitati pacis, conditionibus, vi-ribus hostium infringendis, telo ad nocendum erupto, quouscunq; de-
nique modo prospicere potest; quæ omnia si uno actu aguntur, ad-
huc ad defensuum bellum pertinent. Hæc ut satis plana sunt, ita re-
flant quædam magis aliquanto spinosa, et vbi ad rem ventum est, ex-
plicatu difficultia. Cum sit enī prius quam te ferierit eludendus
velut hostilis iactus, præstetque in propinquuo bello præuenire, quam
præueniri, reliqui boni viri arbitrio debet, ut iudicet, quando cer-
to et ineuitabili in periculo veretur. (a) Quæ res cum habeat in-
ter liberas gentes suas difficultates, est tamen facilis, quod THO-
MASIO non videbatur, in causis principum nostrorum, in qui-
bus iudicium est superioris, an sit locus defensioni. Non sunt ita-
que culpanda leges nostræ, quod rem pro re nata variabilem non
definierunt; nec ideo principes ad obseruandas eas minus adstricti
sunt, quam qui decernere possit, an bellum geri debeat, non de-
sit. (b)

*VIII. Io. Baltazaris Wernheri argumenta
examinantur.*

PRAETER CHRISTIANVM THOMASIVM,
de quo diximus, eam regulam, quam defendimus IO. BALTHA-
SAR

(a) GVNDLING. c. I. §. 8.13. sq.

LINGIVS de efficientia metus

(b) Ceu ante me vidit GVND-

cit. loc. §. 10.

XVI PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

SAR WERNHERVS, vir multis nominibus laudandus, suis argumentis tentauit. Is ea dissertatione, in qua ius faciendarum repressaliarum statibus imperii afferuit, (a) usus est rationibus, quae si quid probarent, eodem, quo ad repressalias, iure ad omnem vim applicari possent. Ait ille quidem, ciuibus et vnius reipublice subditis ut illo iure non licet, sed horum modulo metiri velle principes nostros et circumscribere, id vero esse hominis in summa rerum Germanicarum ignorantia versantis. Cui eti illud damus tantam esse principium Germaniae eminentiam, vt comparari ceterorum regnum subditis non possint; tamen negari non potest, eos concius esse et inter se communia quodam vinculo contineri; in quo quidem cardo negotii veritur, quodque ad id, quod volumus, efficiendum sufficit. Certe aliter constituere vnam rem publicam corpus non possunt, idem caput Cæsarem eundem habentes, legibus religione pacti, consensu omnium conditis adstricti omnes. Hinc, ut superius diximus, efficiut, non posse ordines in suis litigiis vi experiri. Quod dicti WERNHERVS, et viii infestam, et vindictam repressaliarum in omni republica, vt queque est optime constituta, prohibitam, obtinere in Germania, quod in ceteris regnis contumaces vi in ordinem redigi possent, principium autem nostrorum eam potentiam esse, vt cogi iniuti nequeant; id est aliquid. Verum huic repugnat experientia, cum vix sint inter nos tres ordines tam validi, qui singuli vniuersorum viribus, quae coniungi contra contumacem deberent, cogi non possint; et id tantum ad debiliores principes pertinet, quibus contra fortiorum nihil nisi vim armorum reliquam esse demonstraret, si quidquam hoc argumento demon-

(a) Observat. Forens. Parte III. Observ. CXV. p. 376. ed. fol.

demonstraret. Armis autem et vi non contra fortiorum debilior, sed in huius detrimentum ille uti solet. Ultimum defensionis suæ caput Wernherus in refutanda ea regula: extraordinaria remedia repudiari, ubi consueta non desint, ponit; quæ nobis ex sensu verborum patere videtur, cum extraordinarium remedium illud ipsum sit, quod ordinario cessante surrogatur. Nam si perinde est, utro utri velimus, utrumque ordinarium est. Quia enim inter ordinarium et extraordinarium remedium, a frequentiori sua forte desunum differentia poslit, illa facti est, non iuris, de quo nobis sermo est,

VIII. *De vi licita in Imperio. Bellorum, quæ a principe Germanico geruntur, dñsio.*

HACTENVS in quantum prohibita ciuibus Imperii vis sit vidimus, nunc quando uti illa liceat, videamus. Cum sit enim ipsi Imperii legibus ius foederum, pacis, exstruendi fortalitiae, praesidii, aperturæ, armandi militem, et sequela' concessum, (a) apparet, omnem vim, cuius haec instrumenta, in imperio prohibitam esse non posse. Nec aliter esse potuit. Nam cum ipsa superioritate territoriali statibus Imp. tutela ciuium imposita est, et sic denegari ea media non potuerunt, sine quibus conseruatio et defensio vacillat. Quare primum disquirendum est, quæ personæ sint, quibuscum principi Imperii decertandum, a quo est belli diuisio. Ac

primum

(a) De singulis cf. B. G. STRV. XXIX. §. 50. sequ. LIVVIT. VII Corpus Iuris Publici Cap.

C



XVIII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

primum cum sit, ubi principi imperii res esse cum ipso Imperatore possit, de hoc ante omnia dicendum. Deinde frequens est, ut cum exteris regibus dimicemus, quale bellum hinc externum IO. NICOL. HERITIVS (a) et post eum alii dixerint. Tertium. bellum genus est, cum inter ipsos imperii principes decertatur, quod sociale, quia quasi inter socios geritur, interpretibus iuris publici (b) audit; civile autem THOMASIO, (c) utrumque non satis ex consuetudine lingua romana, (d) modo tu intuearis bellum sociale romanorum ut Marsicum, et civile ut Triumvirorum. Denique vis contra subditos etiam adhiberi potest, et sunt, qui civile bellum dicant principis aduersus ciuium perduellionem, quae est potius tumultus, et seditionis coercitio et oppressio, quam executionem vocant. De his singulis dispiciamus.

*X. Imperatori contra leges Imperii statuenti et vim
adhibenti resistere licet.*

PRIMO de imperatore, qui duplacet in Germania personam sustinet, alteram, qua caput est imperii, alteram, qua membrum, ob eas possessiones, quas habet proprio et hereditario iure. Qua membrum est, hoc est pars imperii, princeps imperii, tenetur insidem legibus, quibus reliqui, quas leges deinceps commemorabuntur.

- (a) *De superiorit. territor. p. 268. VI. not. p. 269. Opusculor. Tom. I. vol. 2.* (d) *v. GRONOV. pater Observ. L. 1. c. 5. OVDENDORPIVS STRVIVM in iuris publici prudentia c. XXVI. §. 25. p. 710. ad initium Lucani, DVCKVS (e) *In Observ. Hall. ad obs. 31. Tom.* RVS ad Florum L. 1. 117.*

Imperatoribus Austriacis sepius illud ab ordinibus imperii obiecum est, haud aequalia iura ceteris statibus ab iis indulgeri, unde volebant singulariter ea de re articulum capitulationi inferere, cuius rei historiam exposuit vir laudabilissimus I.O. IA. MOSE RVS. (a) Sed ab Austriacis responsum (b) est: man hätte sich des Anzugs gegen Oesterreich nicht versehen, die weil selbiger zu Schmählerung dessen Privilegien Freyheiten und immunitaten gereichte, und nicht geringe Verunglimpfung nach sich zöge. — Den obwohl das Hauss Oesterreich vermöge seiner habenden rechtmässig erworbenen und um das Römische Reich wohlverdienten privilegiern von den ordinarien Gerichts-Ständen des Reichs eximierte: (c) So hätte es doch bis dato keinem Recht und Gerechtigkeit verfaget, würde es auch inskünftig nicht thun, sondern gegen diejenigen, welche beschwert zu seyn vermeinen wolten, solche Austrags-Mittel finden, dass sich dawieder mit Fug und Billigkeit niemand würde beschwerden können. Und weil nun dieser Zusatz ohne merkliche Beschimpfung des guten Namens und Rubus so das Hauss Oesterreich, von Zeit an seiner Ursprungs in den H. R. Reich ja in der ganzen Christenheit erlangt, in einiger Wahlcapitulation, sonderlich weil die immerwährend sein sollte, nicht geduldet werden könne, als versche man sich &c. Cautum autem tunc CAROLI VII. p. m. nouissima Capitulatione (d) cum precedentibus (e) est: Wir sollen und wollen

(a) Anmerckungen über die Wahl-Capit. Carol. VII. Tom. II. p. 703.

VS Remarques sur la Capitulation de Charles VII. p. 325.

(b) Apud Eudem p. 704.

(d) Art. XVI. §. 1.

(c) De quo priuilegio cf. SPONI-

(e) cf. Capitulat. Caroli VI. Ars. XVI. §. 1.

XXVX PRINCEPS S. R. I. IUS SVVM

in Römischen Reich -- Recht und Gerechtigkeit verfügen, damit sie
ihren gebührlichen Gang -- ohne Unterscheid der Personen, Stände,
Würden und Religionen auch in Sachen uns und unsers Hauses ei-
genens interesse betreffen gewinnen und haben auch behalten und
denselben Ordnungen Freyheiten und löslichen Herkommen nach
verrichtet werden möge. Supereft altera species, vbi Imperatori
nempe dignitatis obtentu aliquid hostili molenti resisti legitime
potest. Quid duplici accidere modo potest, primum cum impe-
rator hostilem animum induens bellum iniustum sive toti imperio
sive maiori parti infert; hanc si calamitatem iratis Diis Germania
experiatur, quod liceat vim vi repellere dubitari non potest. Nam
eum indicem tum hi non habeant, omnisque suprema potestas ab-
fit, cum caput imperii membrorum salutem curare desinit, super-
est in defensione vniuersum praesidium, nec qui ita pugnant, pugna-
re contra electorem ciuitatis, sed contra communem inimicium vi-
denter. Deinde eueniire potest, vt decernat aliquid Imperator aut
statuat, aut tradat executioni, quod contra ius sit et constitutio-
nes imperii, regiamque Germanorum legem, quo quidem casu si
quod praecepit est contra leges Imperii, ordines expositis, ea
qua pars est reuerentia, iuribus suis, impune non parent, et resi-
stunt vim inferenti. Est illud consentaneum tum analogiae iuris,
tum ipsis legum verbis, cum passim in capitulatione diserte cautum,
siquid ab Imperatore contra leges gereretur, ratum illud ne eset.
Ita nouae leges aut legum interpretationes sine statuum consenu-
condita declarantur ungültig und unverbindlich; (a) et eo loco, (b)

vbi
(a) Art. II. §. 1. CAPIT. CA- (b) Art. XVI. §. 2. CAPIT.
ROLI VII. LAT. NOVISS.

vbi Imperator obseruationem legum Imperii promittit, additur: *Ob aber diesen und andern in dieser Capitulation enthaltenen arti-
culn und Punēten einiges zu wieder erlangt oder ausgehen würde,
daß soll alles krafftlos todt und ab seyn, immassen wir es jetzt als-
dann und dann als jetzt biemit cassiren tödten und abthun.* Si ergo talia mandata nulla sint et viribus deslita, impune iis non patetur, ceu inde SAMVEL STRYKIVS colligit. (a) Singulatim, vbi id euenire possit, enumerare longum foret, cum hac regula vna comprehendantur omnes: enumerauit multa ex hoc genere quem laudaui S. STRYKIVS. (b) Hic vero est magna cautio adhibenda, ne tu putas laxata principibus aduersus cæsaream potestatem frena esse; aut illis arbitriam contra iussa Cæsarea facultatem adstriccam; vtique liquere debet, quod præcipit imperator, contra leges Imperii esse, vt liceat ei non esse parentem: Vt si quem ille principem terris suis exutum sine statuum consensu iret, que illi potestas ademta est; (c) vt his ipsis temporibus, quibus exercitus ad auxilium Caroli VII. missi, annuente Cæsare, hiberna castra in terris principum, præsertim autem electorum ecclesiasticorum sumunt. Nam cum Imperator se id prohibitorum promiserit, (d) recte ii quorum res agitur, assumptis aliorum auxiliis, securitati suæ prospiciunt. Iniuictam enim vim inferenti ex ipsis defensionis natura recte resistitur, et est iniuista vis semper

(a) *Dé via facti inter principes cap.* (c) *CAPIT. CAROL. VII. Art.*
I. §. 31. Diff. Hallens. Tom. I. I. §. 4.
p. 360. (d) *CAPITVLAT. CAROLI VII.*

(b) *Citato loco §. 31-33.* *Art. IIII. §. 7.*

XXII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

per, vbi Imperator ipse iudicata sua executioni mandare vult, cum ex legum nostrarum forma illa potestas translata in directores circulorum sit. (a) Fateor arduam causam, et s̄epe dubium et disputabile esse, agatne Imperator contra leges imperii, neque enim est index ad hanc decidendam item constitutus; (b) vnde si expositis iustitia rationibus princeps iura sua tueri nequeat, et Imperator nihilominus, que decreuit, armis exequatur, non nisi vi ac armis ea questio decidi posse videtur; verum illo iure quantum abuti possint, qui cupiditatibus suis magis, quam iustitiae student, cernunt omnes. Arbitrium vicinis principibus permittere SAM. STRYKIVS (c) suadet, vbi imperatori cum omnibus statibus lis intercedit. At Capitulatio cœfarea, quam vrget, de casu loquitur, vbi status Imperii ab Imperatore conueniuntur, et tunc Archidicasteria indices controversiæ statuit, qua propter arbitris opus non est. Cum autem de limitibus suprema potestatis lis oritur, minime tribunalibus Imperii eam dirimendi facultas tribui potest, quam si arrogantibz, optimo iure grauati ad Comitia recurrent, cum Constitutiones Imperii diserte vetent, ne leges imp. fundamentales aut pacta intertentur, quibus potestas Cœfari, aut ordinum obsequium definitum.

(a) Executionis Ordgung de 1542.
conf. capitul. Nouiss. art. III. §. 5.
& 6. Wir sollen und wollen auch
die Churfürsten Fürsten Prelaten
Grafen Herren und andre Stände
des Reichs --- unter den Schein
des Rechthens und der Iustitz nicht
selbst vergewaltigen, solches auch

nicht schaffen, noch andern zu
thun verbangen.

(b) v. vici. Ill. MOSERI consi-
pend. Iuris publ. L. 3. c. 9.
§. 3.

(c) c. I. §. 22. p. 356.

tum est. Iudicio Palatini (*a*) ea in re locum esse pauci nostris tem-
poribus persuaderi fibi patiuntur. (*b*)

*XI. Vis contra exteriores urgente demum necessitate
adhiberi potest. In reliquis autem casibus imperii
cæsarisque consensus requiritur. De auxilio
ex foedere prestanto.*

VENIO ad bella a principe Imperii contra exteriores gerenda.
Illa quidem merito legitima iudicant interpres iuris publici, si in
eo falso imperii non periclitetur. (*c*) Sapientia autem contra belliger-
rantis opinionem eiusmodi bellum Germaniam in maximum di-
scrimen adducit. Itaque cum ex facto ciuius, tota ciuitas, quæ il-
lud aut non prohibuit, aut haud peniuit, ex iuris publici vniuer-
salis principiis toneatur (*d*); et suprema potestas, contra exteriores
etiam constituta sit: exiliumandum est, ciues reipublice, vindictæ
facultate non aduersus cimes tantum, sed etiam contra exteriores pri-
vatos esse. Obtineri autem illud in Germania ex regula debet, ob tu-
telam imperii Cæsari contra quoscunque commissam, (*e*) cuius is
effectus est, ut quod translatum in caput, non possit amplius apud

mem-

(*a*) Vide Viri illustris et eruditissi-
mi H. C. SENCKENBER-
GII *Fabulam iudicii palatini* nu-
per admodum multis accessioni-
bus auctam.

(*b*) Add. ad hanc materiam SCHV-
TZII *Collegium de statu rei ro-
manæ Vol. II, Ex. X, p. 647.*

(*c*) v. B. G. *STRVVII Corpus
Iuris Publici* c. I. §. 22, e. 29.
§. 51.

(*d*) v. H. *GROTIUS de Iure Bel-
li & Pacis* c. 21. §. 2. L. 2.

(*e*) Vid. *Recess. Imp. Spirerf.* a. 1570.
§. 19. & *CAPITVL. CARO-
LI VII. Art. II. §. 1.*

XXIII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

membra eadem ratione supereffe. Eleganter eam in rem disputat nobis que otium fecit vir doctus et in rebus Imperii ad prime versatus IV. STVS SCHVITZIVS cognomento SINOLD. (a) Videtur itaque etiam accedere debore, ut vrgeat periculum et inflet, quo casu negari ius defensionis et vim adhibendi principibus nostris non potest; de quo commode leges nostræ intelliguntur, nam vbi haberi potentioris, ut suprema potestatis, præsidium et auxilium potest, propriis opibus non est viribus. In reliquis autem Cæsariorum imperiisque auxilium implorandum et consensus petendus est. Quod ii ipsi, si sibi consentanei esse volunt, concedere debent, qui bellandi contra exteros liberrimam facultatem esse volunt, haec tenus ne quid inde imperium detrimenti capiat; hoc enim Imperatoris est eorumque, quorum res agitur, videre, quorum decisio quum præcedere debeat, consensus continet. Singulare est, vbi præstandum extero contra exterum auxilium ex foedore, (b) quod licere ordinibus etiam sine consensu imperii, si res ferat, putauerim. Primum ob concessum in foederum, que iniri sine mutua promissione auxilii nulla aut possunt aut solent: deinde quia difficile est, ut eiusmodi bello imperium implicetur, quum inferri bellum auxilium ex pacto præstantibus non soleat. (c) Non quidem sine specie legati Cæsarii apud PVFENDORFFIVM: (d) Ius foederum cum exteris Cæsarem ordinibus, quidem concessisse, causse tamen cognitionem requirere, ne ex illis imperio damnum nascatur, etiam decreto Comitiorum Wormatiensium A. 1405. cautum, ut causa foederum antequam

(a) De statu rei romanae Vol. II. Exerc. X. not. c. p. 644. sg.

(b) Vid. art. VIII, §. 2, Inst. Pac. Capitul. Iosephin. art. 10, Capit.

Carol. VII, art. VI. §. 4. & 5.
(c) v. Mediat. ad Instrum. Pac. ad

art. 8. §. 2. p. 880.

(d) Rerum Suecic. L. 18. §. 95.

quam concludantur, ad Cesarem et status Imperii referantur, et eorum consensus adhibeantur: id quod eo magis ordinibus incumbat, quia ipse Imperator lege regia teneatur, nulla foedera intra vel extra Imperium nisi expresso consensu Electorum inire, unde plus licentie indulgere ordinibus quam Cesari absurdum fore. Sed iam in ipsis de pace Westphalica consultationibus, quibus haec lites agitabantur, abunde responsum (a) et ab aliis (b) ostensum est, post huius pacis constitutionem, rem eiusius status fidei et periculo relinquendam, neque presumendum, aliquem officii obliuisci aut discriminis, quod hostilia aduersus imperium parantibus immineat. Quibus et hoc accedit, quod egregie, ut solet, vir illustris IO. IA. MASCOVIVS notauit, (c) difficile esse in republica, cuius status diversis studiis consiliisque feruntur, indebet et circumstantias negotiorum publicorum ad normam. Semper attemporata in foedere presertim, cuius vis plerumque in arcano et celeritate consistit. Optandum interim IO. NICOLAO HERTIO (d) videbatur, ut praeter unum illud, quod totius imperii incohunitatem spectat, nullum foedus esset. Ippos enim ordines sigillatim exteriorum societatibus hanc egere, quia minus potentioribus non raro periculosa sunt, apud aequales autem diffidentiam pariunt, quam metus et odium concinitantur.

XII.

- (a) Ceu ex PFANNERI Histor. Pac. ad Art. VIII. §. 2. cf. MASCOV. cit. loc.
Pacis Westph. p. 29. 119 &c. no-
tat. illustris MASCOVIVS (c) Citato loca §. 20. p. 25.
de Iure foederum in S. Rz I. p. 35. (d) De Superioritate territor. §. 34. in
(b) Ut ab auctore Meditat. in Instr. Opusc. Vol. I. To. II. p. 378.

D



XXVI PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

XII. *Inter principes vis adhiberi potest (1.) contra eos, qui nos aut res nostras vi aut armata manu inuadunt.*

INTER ipsos principes quando vis adhiberi possit, vna regula indicari non potest. Omnis enim vis iusta cum laetionem sequi debat; leges imperii distinguunt, vtrum contra pacem publicam lèdamur, an contra Westhalicam, an in vestigialum iure, an ex alio demum capite. Prima disputatione erit de laetione contra pacis publicae constitutionem, qua omnis violentia prohibita, (a) permisum autem est, vim vi repellere. Licet enim: gegen die Thäter und Friedbrecher, auch den ihren und deren Mithelfern, und Erhaltern. Seine Gegenwehr und Verfolgung zu thun, zu frischer That, oder wenn er seine Freunde und Helfer haben mag - es sollen auch dieselbe beschädigten, durch ihre beschehenen Gegenwehr, Verfolgung und Handlung (wo die Beschädigung und Friedbruch kund und offenbahr oder sich nachmals erfend) in kein poen gefallen nicht gesfrevelt, noch alsdann ichts verwirkt haben. (b) In quibus verbis duo mihi præfertim notanda videntur, primum non tantum permisum esse, vt vi vim opponamus, sed iniuste prouocatum etiam sumtus belli exigere, et securitati sua prospicere posse. Id leges die Gegenwehr fecerentes von der Verfolgung, et hanc vindictæ facultatem etiam post aliquod temporis spatium concedent.

(a) *Landsfriede Caroli V. de 1548.* Pacis publ. Wormat, de a. 1551.
proem. §. 1. & Tit. III. §. 2. conf. art. 2. cautum.
Ord. Cam. P. 2. tit. 2. §. 2. Idem
iisdem fere verbis in Ordinat. (b) Tit. III. §. 2. Tit. VI. §. 3.

tes innuunt; de sumtibus autem expresse constitutum erat: *Und ob jemand zu Handhabung des Landfriedens Kosten und Schaden erlitte, soll ihm solche der Thäter zu erstatten schuldig, und in des Helffers (quanto magis in læsi) Willen stehen, alsbald mit der Th. zu Ablegung der Kosten zu vermögen.* (a) Alterum est, (b) contra vim iniustum non eum tantum se sine prævio imperii consensu defendere, et res ablatas vindicare posse, qui ym patitur, fed reliqua membra Imperii ad præstandum auxilium teneri. (c) Cuins prouidæ constitutionis neglectum FERDINANDVS I. Comitatis augustianis male obseruatae pacis publicæ caussam putauit; Zum andern wiewohl in der constitution des Landfriedens geordnet, dass die Benachbarten dem Beleidigten zu hülfe ziehen solten, so hätte man doch bisher auch gesehen, was sich deshalb für Beschwehrung und Verhinderung zugetragen: Darum dann Ibro Komjt. Majest. gemeine Stände ersucht haben wolt, die berührten zweien Mängel aus begegneten und noch vor Augen stehenden Dingen statlich zu erwegen, und auf Mittel zu gedencken, dadurch zu gewisser und standhafter Handhabung und Erhaltung des gemeinen Friedens zu kommen. (d) Miror, his temporibus, quibus nonæ et inaudite in Imperio bellorum caussæ inuenta sunt, hanc frequentatam non esse. Ex defensionis violentia iustitia diudicandam putarem (e) eam

(a) T. 9.

(d) Apud illustrem MOSERVUM

(b) Reliqua pacis publicæ capita re-
censet IVSTVS SCHVTLI-Teutches Staats-Recht L. I. c. VI.
§. 13. Vol. I. p. 118.VS de statu Rei Romana Vol. II.
Exc. IV. §. 3. 4.(e) Vid. STRYKII diff. de iure
pignorandi cap. VI. n. 43. et seq.

(c) Res. Imp. de a. 1555. §. 3r;

(a)

D 2

XXVIII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

eam quæstionem, quæ sæpius agitata est, an repignorationibus licet eum compellere, qui res nostras primus iniuste pignorauit. Quod affirmandum est, vt, si prima iniusta pignoratio vi et armis, vt folet inter principes fieri, peracta est, non modo contra nit et resistere, vulgo *Pbrand Kehrung thun*, verum etiam violenta repignoratione possessionem defendere liceat. Licere iudicatum est a Consilio imperii aulico in lite inter Hildesiensem ciuitatem et Coenobium S. Michaelis d. 21. Martii 1731. et a facultate iuridica Helmstadiensi 1714. Posteriorem sententiam cum censura refert AVGVSTINV^S A LEYSER, (a) V. C. ea potissimum motus ratione, ne, si pignorationum etiam pignorations tolerentur, cum quiete publica actum esset. Quæ et ipsa ratio non magis eum premit, qui contra iniustam pignorationem vim adhibet, quam illam, qui primus eius violentia initium fecit. Nam quod aduersario nostro, qui primus res nostras inclusit, licebat, illud nec nobis pro iuris nostri defensione protinus subeunda denegari potest.

XIII. (II.) In lessione contra pacis Westphalicae tabulas facta vim adhibere tum ad propriam, tum ad aliorum defensionem licet.

PRAETER illum fractæ pacis publicæ casum vim adhibere licet, laſione contra Pacis Westphalicae tabulas facta. Huius doctrinæ fides est in INSTRUMENTO PACIS OSNABRUGENSIS artic. XVII. §. 4. 5. 6. 7. et MONASTERIENSIS §. 15. 16. Nam cum eo loco indicatum sit, quo modo

huius

(a) Meditat. ad Dig. CXL. s. 6. 7. Vol. II. p. 474. sq.

l
od
vt
esi
no-
ilio
um
ensi
VS
ora-
tum
niu-
eius
mus
fen-
ulas

hibe-
Iuius
NA-
ERI-
modo
Iuius

Huius pacis conditiones executioni tradendæ sint, modus certus præscriptus est, in omni de religione rebusque his tabulis definitis lite obseruandus. Itaque primum statuitur, (a) ut si quis huius pacis executioni repugnauerit, fracte pacis publicæ poenam ipso iure et facto incurrat. In iis autem cauiss, que sequentibus temporibus exoriri poterant, duplice quasi gradum procedendi paciscentes constituerunt. (b) Primum Iesu ledentem in primis quidem a via facti deboretur, cauſa ipsa vel amicabilis compositioni vel iuris disceptationi submissa. Intellexisse autem per illam iuris disceptationem videntur implorationem Cæsaris et Imperii et decisionem, executionemque denique per directores Circulorum faciendam. (c) Breuius autem his remedii tempus præscriptum est. (d) Nam si neutrò horum modorum intra spatum trium amorum terminetur controuerſia, arma ad repellendam iniuriam sumere licet. Quod non tantum ad Iesum pertinet; sed tenetur ex tabulis omnes et singuli huius transactionis consortes iunctis cum parte Iesu consiliis et viribus eius cauſam defendere, quod nec amicitiae nec iuris via locum inuenierit. Sæpius iis remedii asserta est religionis libertas in Imperio et superstructa his principiis grauis et docta et acuta epistola nomine Corporis euangelici ad Imperatorem scripta a. d. 16. Nov. 1716. cum Auguſtissimi Britanniarum et Boruſſic̄ reges, tot grauaminibus religionis moti, talionis iure contra ſubditos fuos ro-

manæ

(a) Inſtrum. Pacis Osnabr. Art. XVII. cœut Capitulatio Caroli VII. art.

§. 4. I. §. II.

(b) §. I.

(c) Egregia sunt, quæ hanc in rem (d) §. 6.

D 3

manæ ecclesiæ addictos vterentur; quæ quo quis est libertatis germanicae amantior, eo maiori studio legenda ei ediscendaque est. (a)

XIII. (III.) *Aduersus ea, quæ contra Capitulat.*
nou. Art. VIII. fuit, vi vti possumus.

SINGULARIS est legum nostrarum de vecigalibus constitutio. Antiquitus omnia in Germania vecigalia ad solum Imperatorem spectabant, (b) quæ deinde variis concessionibus ad statutus peruererunt. (c) Citeriori ætate ii, quibus falsus patriæ credita est, ita respexerunt, quantum intersit, ne Germania in tot prouincias et territoria diuisa, oneraretur superfluis vecigalibus, ut capitulatione, nemo, nisi cui Cæsar permisit et perponsis ponderatisque statuum vicinorum et eorum, quorum interesset, monitis, consenserunt omnes Electores, aut noua imponere aut augere im-

(a) v. FABRI Staats-Cantzley Tō.
XXXVII. p. 573. De hac epistola
GOTTL. SA. TREVERVS
in elegantissima de corpore euangelico
dissertatione Cap. I. §. 13. p.
28. ita scribit: non ab uno calamore
eum profixisse, vel ex stili diuersitate,
vel et argumentorum allatiorum
indole varia, et ea connecten-
di modo conicimus, et ut fama fert
et quatuor statuum protestantium
ministris profecta est -- Egregia
profectio est, solidissimi ingenii robur
præ se fert ubiuis, pondera omnia

sagacissime perspecta accumulat, si-
lo limpidissimo et fluido, viuaci
tamen exornata est, et rem omnem
evidenti demonstratione cuiuscum
Conferri ad hunc §. debet Elus-
dem clarissimi viri disquisitio de
optime ratione componendi diffe-
dia relig. in German. Helmst. 1724.

(b) Spec. Sueu. tit. 12. DE HOPFF-
GARTEN de lute Vecigalium in
I. R. I. Seßt. I. §. 10. IO. STRAV-
CHIVS de regali vecigalium iuri,

(c) Tit. IX. §. 2.

posita vestigalia possit. Deinde noua vestigalia imperantibus variæ poenæ statutæ sunt. (a) Atque adeo nostris moribus licet omnem conatum imperandi extorquendique illicita vestigalia, si alter non possit, vi atque armis reprimere. Clara sunt ea de re Capitulationis (b) verba: *Und solle darneben einen Churfürsten, Fürsten und Stände Freye Reichs-Ritterschaft mitbegriffen, erlaubt seyn, sich und die Seinige solcher Beschwerden selbst, so gut er kann, zu entledigen.* Quæ verba ad omnia pertinere putamus, quæ contra eum capitulationis articulum fiant, qui est de vestigalium in Imperio iure, cui illa sanctio subiecta est. Est autem ita a temporibus inde FERDINANDI III. constitutum; (c) nisi quod eo tempore ius libertatem commerciorum aduersus iniusta vestigalia propria auctoritate tuendi, ad Electores solum pertineret. Quod cum ceteri principes et Imperii ordines sibi etiam vindicarent; (d) factum est, vt in Capitulatione CAROLI VI. (e) cum omnibus communicaretur. (f)

XV. (III.) *Vis adhiberi potest, cum metuimus, ne antequam nobis auctoritas iudicis subueniri possit, aut nobis aut rebus nostris irreparabile damnum inferatur.*

EXPOSVI quas lesiones vi repellere ex ipsa legum nostrorum strarum

(a) vid. HOPFARTEN: I. §. 28. 29.

pitulat, de 1058. apud Auctorem der Grundsätze P. III. c. 3. p. 230.

(b) Art. VIII. §. 16. iisdem verbis

repetita §. 20.

(c) Art. 8.

(c) cf. Capitulat. Ferdinandi III.

(f) v. V. Cl. MOSERI obseru. ad CA-

art. 20.

pit, noniss. Tom. II. p. 317.

(d) In monitis communib[us] ad Ca-

XXXII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

strarum dispositione expressa liceat; supereft, vt indicetur, quando id ex mente legum permisum fit. Huius rei generalis regula eft, vim adhiberi posse, vbi iudicis auxilium haberi non potest. (a) Dupli autem ratione illud folet euenire, primum cum antequam posfit subuenire iudex, aut nobis aut rebus nostris irreparabile damnum alter illatus eft; deinde cum iudex officium suum, fine quod no-
lit praeftare, fine quod non poſſit, denegat. Prius in vſu eft quo-
tidiano, cuius cauſa tam grauis eft, vt nec is, qui petitur, vim o-
mittere, (b) nec princeps, cui eft subditorum fuorum tutela imposi-
ta, eorum defenſionem violentis mediis ſuscipiendo negligere poſſit. Ita ſi forte princeps subditis suis contra leges paſtaque, com-
merciorum libertatem ſtabilientia, prohibeat, ne frumentum, quo
abundant, vicinis, qui eo vel maxime egebant, venderent; non is
quidem ob inſtans neceſſitatis periculum iuris diſceptatione, ſed re-
preſſiliarum iuſta talione, vt iniuſtum mandatum tollat, adi-
gendum eft. Adgnouerunt ſepiuſ hanc neceſſitatis rationem leges noſtræ,
vt in decernendo bello; nam cum eius rei conſultatio ad omnes
ordines pertineat, ſufficit tamen, cum maiores celeritatem ſalutis pu-
publica ſuadet, conſensus Electorum. (c) Ex quo principio etiam
hoc eft: vi ac armis future ſecuritat, fine Imperii conſensu, pro-
ſpicere licere, cum, ne cuius ad aures perueniat, quod paramus, vt
celerrime peragatur, requiritur. Nam et tum in mora periculum
eft, et ipſa defenſio, niſi ita ſtatua-
mus, vacillat. Innuunt autem il-
lud

(a) cf. diſſert, praefide laudatiſſimo
viro CHR. G. BVDERO de-
fenſia, de violentia defenſione in p. a.
tu ciuili §. 31. 32.

(b) vid. Cittata diſſert. §. 17. not.

(c) Capitulat. Caroli VII. Art. VI.
§. 2.

lud interpres (a) qui defensionem non contra eam tantum vim adhibere permittunt, quæ est in actu, sed illam etiam, quæ in potentia est. In omnibus autem de his rebus consultationibus videndum est, an, quod metuimus, damnum irreparabile sit? nam ob leue incommode turbare velle Germaniam, incivile est. Fateor tamen in caussis grauioribus, vt quæ inter principes Imperii geruntur, saepius metum haud irreparabilis damni non inanem adesse, cum occupatio prouinciarum coniuncta cum cede hominum deuastationeque agrorum esse soleat.

XVI. (V.) *Cum denegatur iustitia, aut, quod iudicatum est, execucione non traditur, vim adhibere licet.*

HVIC casui, vbi auxilium iudicis ob breuitatem temporis aut alias caussas haberi non poterat, similis fere ille est, cum index auxilium, quod desiderabamus, non praestat. Sed hoc paullo est definitu difficultius, quare, vt his tricis nos expediamus, distinguendum est inter eum iudicem, qui perperam iudicat, illumque, qui nihil omnino definit, aut definita haud dat executioni, quibus ex caussis id fiat. Nunquam in priori genere violentia locum esse putamus. Sunt enim ipsis legibus varia remedia contra iudicem prauitatem aut imbecillitatem suppeditata, in quibus subsistendum est, nisi in infinitum progredi velimus et efficere, vt omnia omnino iudicia sententiaque vi et effectu careant. Nam si nemo parere sententiae tenetur

(a) *G A I L. de Pace publ. c. 17. n. 2. 3.*

XXXIII PRINCEPS S.R. I. IVS SVVM

tenetur, quam iniustam iudicat, qua tandem decisione lites finiuntur? Nunquam sane victo in hoc forensi certamine querendi occasio aut certe animus deerit, cum quisque, quod petit, iustum; quod sibi incommodum, iniustum putare soleat. Vnde, si repellitur, illud duriticii iudicis, aut aduersarii potentiae adscribit, si vincitur, non suam malitiam puniri, sed aduersarii astutia id deberi credit. Quare aut tollenda omnino iudicia sunt, aut sumendum, iustitiam efficaciamque sententiarum decisionumque non a litigantium opinione, sed ab eorum iudicio pendere, quibus est iuris dicundi provincia commissa, etiamsi id nonnunquam in oppressionem innocentis cadere possit. Alter casus est, cum, quamvis iudex sit, tamen ius non dicatur, aut mandata exsecutioni non dentur. Quod quibus ex causis fiat, cum legitime nunquam intermittatur vel impediatur, supereft in propriis viribus vicum præsidium, reduntque res in eum statim, ac si nullus iudex esset, quo vim adhiberi posse nemo dubitat. Et est sane ei, qui auxilium poscit, perinde, siue omnino nullus iudex sit, siue opem ferre ille nolit, vel contra leges imperii impediatur. Hunc iuris persequendi modum non omnino nouum aut inauditum in Imperio esse, ostendit illud, quod supra allegauit de lesionibus contra pacem Westphalicam, exemplum, quibus nisi intra trium annorum spatium medela paretur, vim adhibere licebat. Caudendum autem est, ne protractam dicamus iustitiam, vbi res in tribunalibus Imperii geruntur conuenienter accepto procedendi modo, satis lento quidem, sed a Cæsare et imperii statibus probato, quo, nunquam vim excusari, ostensum est superiori loco. Tum cum decisâ exsecutioni non mandantur, quod accidit præsertim, vbi res est cum potente principe, minante, se non æquo animo sententiae exsecutionem latrunt esse; aut cum inimi-

cita



citia aut inuidia eorum, quibus exsecutio incumbit, impedit, quo minus officio suo satisfaciant: idem est, ac si ius dictum non sit. Non prætegeunda hoc loco videtur salutaris Pacis Westphalica (a) sanctio, qua eorum, qua in Imperii iudiciis definita sunt, executionem non vi armisque querere permittit, sed executioni, quam Leges imperii de exsequendis sententiis consituunt, vnicet, sine discrimine statuum, locum relinquit. Itaque hæc primum secundum normam Legum Imperii in iudiciis imperii requirenda, deinde si nec sic, nec sumto ad Imperatorem et Imperium, pro executione promouenda eaque communibus omnium circulorum Imperii viribus facienda, (b) refugio quidquam efficitur, vim adhibere licet. Promisit autem Imperator capitulatione: (c) die executione nicht allein nicht zu hemmen, sondern einen jeden zu seinen erstrittenen Rechten zu verhelfen, auch res iudicatas imperii gegen alle auswärtige Gewalt kräftiglich zu schützen, et si frustra etiam hoc sit, sufficeret in proprio viribus vniuersum remedium. (d)

XVII. Subditos resistentes in caassis liquidis recte coercet vi princeps.

DE Principe contra subditos via facti procedente, celebris est in Capitulatione Cæsarea ex ipsa superioritatis territorialis ratione deducta

(a) Instr. Pac. West. art. 17. §. 2.

(c) Art. XVII. §. 1. ss.

(b) vid. Declaratio pacis publ. de a.

(d) Consentit N. H. G V N D L I N-

1512. tit. 1. R. 1. de a. 1654. §.

G I V S de efficientia metus c. II.

120. Ord. Cam. tit. 49. §. 7.

§. 39.

Instr. Pac. art. XVI. §. 2.

XXXVI PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

deducta constitutio: immassen es denn auch Churfürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbare Freye Reichs-Ritterschaft mit begriffen) zugelassen und erlaubt seyn soll, sich nach der Verordnung der Reichs-Gesetze bey ihren hergebrachten und habenden Landesfürstlichen und Herrlichen iuribus selbst und mit assistance anderer Stände wieder ihre Unterthanen zu manuteniren, und sie zum Gchorsam zu bringen --- da aber die Streitigkeiten vor den Richter befangen wären, sollen solche aufs schleunigste ausgeführt und entschieden werden. (a) Ex his itaque verbis quidam colligunt, licere principibus, cum est inter eos subditosque controuersia, sine prævia iudiciali disceptatione, quod iis æquum videtur, statuere, subditis autem, eos in ius vocare, prohibitum esse. Quæ sententia, vt utar verbis Auguſtissimi Regis Boruffæ ad Ducem Megapolitanum: *als ob ſe, (der Herzog) in denen Dingen, worin ſe mit ihren Adel streitig sind, nach ihren eigenen Gefallen verfahren könnten, ist irrig, und das contrarium davon aus denen Reichs fundamentalen Geſetzen, aus der obſervance und aus unzehlabilen Exempeln in Reich erwiesen worden.* (b) Primum illa ipsa verba capitulationis volunt, vt tota hec res nach der Verordnung der Reichs constitutionen geschehe, vnde colligitur, nouam legem condendi animum constituentes non habuisse; deinde requirunt, vt ipsa iura hergebracht seyn und er ſe habe. Sumunt itaque, vt sint liquidæ, quod si negant non sine magna iustitia verisimilitudine subditi, res redit ad ordinarium iudicem. Quod clarissime sequentia verba indicant, quibus constituitur: *da aber die Streitigkeiten vor dem Richter befan-*

(a) vide totum *Articul. XV.* praefat- (b) *Electa Iuris Publici To. XVIII.*
tim §. 8. Art. 19. §. 6. p. 328.

besangen wären, sollen solche aufs schleinigste ausgeführret und entschieden werden: nam si nunquam licet principem in ius vocare, quomodo poterunt die Streitigkeiten vor den Richter befangen seyn? Idem colligitur ex alio huius articuli loco, quo (a) constituitur, ne subdit, principem ob caussam ad regiminis curam pertinentem in ius vocantes, leichtlich gehöret werden, ex quo nimur illud est, audiendos ob grauiores caussas illos esse. His igitur permoti rationibus alii vim huius constitutionis in eo posuere, vt principi licet subditos deicere possessione, hi autem tantum petitorio iudicio experiri possint, quam sententiam iuuari legibus putabant, quibus est constitutum: (b) das die Unterthanen immittelst zu schuldigem Gehorsam gegen ihre Obrigkeit anzuhalten. Sed huic repugnant verba capitulationis quæ defensionis violentiae licentiam concedunt zu Manurenirung habender Rechte: ponuntque itaque, vt sint principes, in eorum iurium, de quorum defensione queritur, possessione. Itaque si et hoc negamus principibus, quid sit queris, quod iis sit hac lege concessum? Quod duobus absolui videtur capitibus, primum vt coercere vi poenisque rebelles subditos possint; deinde vt meminerint, tribunalia Imperii, cum lis inter principem subditumque geritur, eam esse pro summa potestate militarem præsumptionem, quæ non querelis, sed argumentis demum suspecta redditur. Sed totam hanc causam ita instruxit (c) optimus parens meus, DAVID GEORGIVS

(a) §. 4.

14. Observat. Iuris et Histor. Germ.

(b) Art. XIX. §. 7. Capit. Car. VII.

man. Obs. 4. §. 9. Vindicia Ju-

(c) Unterricht von Regierung und

ris venandi nobilit. Germ. Cap. II.

Insitz Sachsen S. III. §. 12. 13.

§. XII. sq.

XXXVIII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

VS STRVBE, qui multis operum suorum locis huius doctrinæ vindicem ex Legibus, Imperii obseruantia, rebus a summis tribunalibus iudicatis ac testimonii tum principum tum doctorum egit, vt nos superfedere vltiore eius disquisitione possimus.

*XVIII. Ius belli, quod ordinibus his casibus competit,
nisi qua legibus imperii restrictum, plenissimum est,
et impediri ab Imperatore omnino non potest.*

De captiuitate Bellislii quedam.

IN his itaque casibus principibus Imperii omnia ea licent, quæ iure Gentium belligerantibus relicta sunt, quantum haec expressis legum nostrarum verbis admota non sunt. Imperator autem hanc facultatem neque adimere neque impedire vlla ratione potest. Sit a est huius rei ratio in forma Germaniæ, cuius principes arma, non vt locumtenentes Imperatoris, sumunt, aut præfides prouinciarum, sed vi tutelæ, quæ iis in subditos commissa est, et superioritatis territorialis, cuius effectum se omnino non impeditur esse Imperator iurauit. (a) Habet haec obseruatio frequentem usum, vt in iure foederum, pacis, legationum, conducendi militis, et quæ sunt familia; nobis autem, nouitate rei permotis, placet captiuitate illam Bellisliana illustrare. Scilicet cum nuper CAROLVS FOVC-
QVET BELLISLE, Dux et Mareschallus Galliæ, ac ad Imperatorem legatus, terras Brunsvico-Luneburgicas nullis securitis literis publicis acceptis transiens, detinebatur, quæstum est, iure illud, an injuria factum sit? Nobis videtur, quod omnibus gentibus licet, legatum

(a) Capitulat. CAROLI VII. Art. I. §. 2. et 8. Art. II. §. 3. Art. III. §. 4.

VI ET ARMIS TVENS. XXXVIII

gatum hostis captiuum ducere, illud etiam nostris principibus liberum esse, vt pote quibus gentium iura vi superioritatis territorialis competunt, nisi legibus Imperii restricta esse probentur, qualis restrictio hic male ponitur. In Bellislio enim huius facultatis effectum impedire non poterat, quod ab Imperatore acceptus erat, vt existimabant quidam, cum minime verum videatur et quod obmouent, eadem ratione qua ianctus in Burgundia v. c. est Legatus ad regem Galliae missus, inuiolabilem in terris principum legatum ab Imperatore acceptum esse. (a) Quam male enim procedat, quae ab aliis regnis ad Imperium nostrum deducta est, argumentandi ratio, ex diuersitate status Imperii publici, cuius membra in territoriis suis iure Imperii fruuntur, facile perspicitur. Imperatorem immunitates, quae in iurium præcipuorum, ordinibus imperii competentium, violationem vergunt, legatis indulgere non posse, vel ex ipsa capitulatione Cæsarea recte colligitur, qua promittit: auch sol-
len und wollen wir in übrigen die Vorschung thun, daß denen Chur-
fürsten selbst ihre von alters hergebrachte und sonst gebührende Würde und Prærogatiuen erhalten, und dawieder von fremden Regen-
ten und Republiken Gesandten oder andern an unsfern Kayserl. oder
Königl.

(a) Ainsi comme l' Empereur a dans tout le reste de l' Empire la même autorité, la même puissance que dans le lieu où il tient sa Cour, il s'ensuit, que l' Ambassadeur, qui est accrédité auprès de lui, doit jouir dans tout l' Empire (disons, si vous voulez dans toutes les parties de l' Empire ou l' Empereur est reconnu) de la même inviolabilité,

dont il jouit dans la résidence impériale, de même qu'un Ambassadeur du Roi d' Angleterre en France est sous la protection du droit des Gens dans tout le Royaume de la même maniere qu'il l' est à Versailles, v. Lettre d'un Gentilhomme à un de ses amis sur la detention de Mr, le Marechal de Belle-Isle dans les Etats d' Hannover p. 6.



XXXX PRINCEPS S. R. I. IV S SVVM

Königl. Hoff, oder wo es sich sonst begeben könnte, nichts nachtheiliges oder neuerliches vorgenommen oder gestattet werde. (a) Si ergo Imperator nihil eorum, quæ dignitatem et iura Principum Imperii præcipua imminuat, legatis exterorum principum concedere potest, dubitari profecto nequit, quod nec talem immunitatem iis tribuere queat, quæ ad imminuendum et labefactandum ius belli, statibus Imperii competens, pertinet. Sed ut totam rem a suis principiis petamus, omnis, si quid iudico, aut rei, aut hominis, aut legati etiam sanctitas vel ex iure est sine lege, vel ex pacto consensione inito (b). Lege sancti ab omni laesione primum omnes sunt, qui nos non credunt, deinde etiam ex ciuilium constitutionum formula aliqui, ob singulares rationes. Sed in Germania legatum exteri principis, qui statum Imperii bello aggreditur, in huius ditione saluum esse, ubi ab Imperatore est receptus, ex legis nostris non constat. Et assequi sane haud possumus, quomodo cum officio Cæsaris, cui membrorum Imperii tutio incumbit, consolare queat, si præterea, quod denegat iis opem, etiam ab iusta eorum vindicta eorum hostes liberare posset. Quod de reuerentia Cæsari debita dicunt ea detentio laesa, vereor, ne si explicetur, evanescat, aut, qui eam prætendunt, verbis ludere videantur. Nam si reuerentia in cura consistit, ne offendamus facile, quem amamus, ut est apud philosophos, (c) et si eum demum amamus, qui nos diligit, quomodo poterimus aut eum, qui nos diligit, offendere, cum hostem

(a) CAPITVL. CAROLI VII.
art. 3. §. 22.

(b) v. IO. IA. MULLERI Hi-
florisch - Iurisprud. Electa Tom.
VII. cap. II. quod est von In-

viabilität der Gesandten p. 80°
seq.

(c) v. ISR. GOTTL. CANZL
V. C. Discipl. moral. §. 176.

hostem nostrum punimus, vel inimica eius consilia auertere stude-
mus; aut amare eum, qui se hinc offendit queritur. Itaque Imperator
si dignus reverentia esse vult, pater patriæ esse debet, hoc est, tutor et
communis ciuium defensor, principumque Imperii amantissimus;
quod si est, non desiderabit, vt sancti legati exteri habeantur, hosti-
lia contra ordines Imperii molientes, quin probabit, illos detineri in
ditionibus principum, quibus exitium minantur. Alter, vti dixi, sanctitatis
fons est conuenio, qua et legati sancti sunt. Sed hæc cau-
sa pertinet ad eos tantum, qui consenserunt, (a) non ad alios, quo-
rum intuitu legatus non est, vnde oratores nunquam, nisi accepta
fide, mitti solent.

*XVIII. Brevis totius dissertationis delineatio:
De repressaliis.*

HIS itaque capitibus absoluitur ius, quod principes Imperii
habent, se suaque propria vi armisque tuendi. Placer, quæ de eo
disputata sunt, colligere, contrafactaque iterum legentium oculis pro-
ponere

(a) Ea vero lex, de vi legatis non in-
serenda, intelligenda est, eum ob-
ligare, ad quem missa est legatio,
atque ita demum si admisisti, quasi
scilicet ab eo tempore tacita patio
intercesserit. Non pertinet ergo
hæc lex ad eos, per quorum fines

non accepta venia transiunt lega-
ti. Nam siquidem ad hostes eorum
eunt, aut ab hostibus veniunt, aut
alloqui hostilia moliantur, inter-
fici etiam poterunt. H. G R O T I-
V S de I. B. et P. L. II, c. XVII.
§. 5.

XXXXII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

ponere. Primum igitur tum ex natura rerum publicarum in unius versum, tum ex Germaniae forma generalem regulam deduximus, omnem in Imperio vim prohibitam esse. Haec patitur exceptiones, quarum aliae sunt ex natura rei, aliae ex singularibus constitutionibus legum nostrarum. Ex natura rei est, vim adhiberi posse, cum iudicis aut supremae potestatis auxilium haberri non potest, siue quod nequeat illud praeferre, siue quod nolit: ex constitutionibus Legum esse diximus, quod lesionibus contra pacem publicam et Westphalicam atque contra ea, quae capitulationibus Cæsareis de vestigialibus cauta sunt, vi occurrere subditosque in rebus liquidis coercere et compellere liceat. Per se patet, haec omnia pertinere ad omnes cogendi modos, iuris nostri tuendi vel obtinendi causas adhibitos, et sic etiam ad repressalias. Quin haec, ut probe notauit GOTTL. GERH. TITIVS, (a) facilius permittenda sunt, ac bella, quae ut plurimum incendium excitant, toti Imperio vel saltem vicinis admodum noxiun, et damna difficulter reparanda inferunt. Requiritur autem, ut liquidum sit ius hoc remedio ventis, et res nullam moram ferat. Egregie Corpus Euangelicorum sic tuerit usum repressaliarum: (b) Genuis und unstreitig ist es, dass auch bey den gescheidesten und mit den vortrefflichsten Gesetzen verschon gewesenen Völkern, wo nicht der eigentliche Nahme der Repressalien bekannt, dennoch bey den allgemeinen Verfall derer Menschen, die weder Gott noch menschliche Gesetze sich allemahl wollen regieren lassen, jederzeit etwas dergleichen eingeführet, und erlaubet gewesen, wodurch in gewis-

sen,

(a) Specim. Iur. Publ. L. 3. c. 8. (b) Apud FABRVM Staats-Canzley Tb. XXXVII, p. 184.
§. 49.

sen entweder gar geschwinden oder höchst gefährlichen cum iactura et damno irreparabili begleiteten oder sonst ein gewaltiges Prädicium nach sich ziehenden Fällen, ohne daß dadurch wieder die Majestät und Autorität der Herrschaften, oder der Gesetze gefreyvelt worden, einem jeden sich bey dem Seinigen zu schützen, oder ein angedrohetes Ubel abzukehren vergönnet worden. Die Römische Bürgerliche Gesetze sowohl, als die Canonische Rechte, legen davon gnugfahme Spuren und überzeugende Proben vor Augen. Et porro: (a) Was von verbothenen Arresten und That-Handlung in andern Reichs-Satzungen, in specie in dem Reichs-Abschied d. ao. 1570. gemisbilliger worden, solches wird in den Reichs-Abschied de ao. 1594. der wahren Eigenschaft nach erklärt, und der Missbrauch von den rechten Gebrauch unterschieden. Wenigstens ist der kurtz vorher angezogene Reichs-Abschied de Ao. 1521. ein klarer hell in die Augen leuchtender Beweis, daß es regnante gloriosissimo Imperatore Carolo V. noch nicht aufgekommen, daß man Chur-Fürsten und Stände, wann an Ihnen, oder denjenigen, so Ihnen zu versprechen gebübret, der Land-Friede gebrochen worden, an die Kayserl. und des Reichs-Gerichte dergestalt verweisen wollen, daß sic inmittelst still sitzend und gleichsam mit gebundenen Händen, ihre Beschädigere oder deren zugewandte und Mithelfere ungehindert schalten und walten lassen, und sie nur mit einen Finger nicht anrühren sollen. Probatur etiam eodem loco (b) exemplis, easdem tam a Catholicis, quam ab Euangelicis esse

(a) p. 191.

(b) p. 608

XXXXIII PRINCEPS S. R. I. IVS SVVM

esse adhibitas, ad quæ et ao. 1737 Elector Bauariæ, prohibente
Cæfare, ne represaliis aduersus ciuitatem Augustam (a) Vinde-
licorum viceretur, his verbis prouocauit: *Die alterm und neuere*
Exempel könnten mehrere aufgerufen werden, wie andere des Reichs
Chur- und Fürsten gegen dergleichen Mitsände, wenn sie sich an
ihren Respect, Hochachtung und Rechten, außer Beobachtung und
angegriffen befunden, manigfaltig fürgegangen seyn, dergleichen
Verfahren in solchen Fällen begegnet und selbst gebündet haben.
Nec tamen diffitendum, satis frequentem fuisse huius iuris in Ger-
mania abusum, qui merito mandatis Cæfareis coercetur.

(a) Apud FABRVM Stanis-Canzley Part, LXX. p. 534.



Et TE decebat tradere ingenii TVI
Imaginem polituli, limatuli,
Manentibus chartis ad omnes posteros;
Et nos Apollineis sonare cantibus
Natam atque factam ad omnia excelsa indolem;
Quam vidimusque amauimusque, STRVBII:
Sed nostra non tantum potessint carmine,
Quantum TVI dotes libelli et ingeni,
Seris TVVM mandare nomen saeculis.

Honoris et memorie causa scripsi in ipso
discessu Torunium

GEO. GVILIELMVS OEDERVVS A. M.

Hunc tu, qui procerum mentem ferrumque tuorum
Parcum ciuilis sanguinis esse docet:
Hunc ciuem, o nimium, nimium in tua viscera sevne
Stringi passa enses patria! diligito,
Diligis et mox principibus rerumque ministris,
Auctoremque boni, consiliique dabis.

Gratulabundus scripsit

IO. LVD. OEDERVVS, A. M.

)

AMI-

AMICISSIMO STRVBIO SVO

S. D.

ALEXANDER ANDREAS DE RAMDOHR.

Noli quærere, dum ad te has do literas, quæ earum sit ratio? quam tu certe ignorare non debes. Aperte tamen dicam, ne alios ea lateat. Nam primum id vellem, ut nemo sit, qui non intelligat, quam arcto vinculo, quantaque necessitudine coniuncti simus, quoniam id mihi maxime honorificum puto. Itaque ob hanc ipsam, quæ mihi tecum intercedit, necessitudinem, non possum non tibi, publice doctrinæ atque eruditionis tuæ specimina danti, ex animo gratulari. Ita enim in partem earum rerum, quæ te attinent, eo, ut qui magis, habeas neminem. Quod si etiam minus tua causa vellem teque (quem admodum amo) minus amarem; tamen summo tuo ingenio, optimis et humanissimis tuis scientiis, morum denique tuorum suavitate et integritate adigis atque impellis homines, vel tibi ignotos, ut tibi plaudant, taciti

gratu-

gratulentur, et fausta quæque augurentur. Quid igitur ego, qui non solum virtutes tuas, quibus insignis es, valde admiror, sed etiam tui amantissimus sum? Facile est ad perficiendum, quum omnes amore in te et propensa voluntate antecedam, omnes me etiam exsuperare et animo gratulandi et præfigiendi, quæ te manent, prosperrima. Domestica illa, ac tralatitia a maioribus indoles tua præclara non potest nisi secunda fortuna vti. Sis igitur felix, Amice omni honore suspiciende, pro meritis tuis. Fauem mihi, faue huic epistolæ gratulatoriæ et ama in illa amorem in te meum, quem publice declarare gestio. Nihil mihi gratius accidere potuisset, quam contra solidissimam tuam dissertationem dubiola mouere, quæ tu, pro tua subtili disputandi arte, facile expedies atque extricabis. Vale. Scrib, in Georgia Augusta a.d. XXIII.
Mart. MDCCXXXXV.





ULB Halle
006 789 96X

3



vDn8





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

1745, 36. 4
CEPS S.R.I.
VI ATQVE ARMIS
VENS.

CAESIDE
ICO BOEHMERO

NIAE REGIS A CONSILIIS

IVRIS ET ORDINIS

I.T. DECANO

TA DISSERTATIO

HIORIS STRVBII

XVII. MART. MDCCXXXV. AB HOR. II.



T T I N G A E
AN. FRIDER. HAGER.

